





~~27. 8. 89~~



ORATIO PANEGYRICA

IN QVA

IMPERIVM AVGVSTISSIMVM  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS ET DOMINI  
DOMINI

FRIDERICI AVGVSTI

REGIS POLONIARVM, MAGNI DVCIS LITHVANIAE, RVSSIAE  
PRVSSIAE, MASSOVIAE ETC. DVCIS SAXONIAE, JVLIAE, CLIVIAE  
MONTIVM, ANGRIAE ET WESTPHALIAE S.R.I. ARCHIMARSCHALLI  
ET ELECTORIS, EJVSDEMQVE IMPERII IN PROVINCIIS JVRIS  
SAXONICI VICARII, LANDGRAVII THVRINGIAE, MARCHIONIS  
MISNIAE, SVPERIORIS PARITER ATQVE INFERIORIS LVSATIAE  
BVRGGRAVII MAGDEBVRGI, COMITIS PRINCIPALIS HENNEBERGICI  
COMITIS MARCAE, RAVENSBERGI, BARBY ET HANNOVIAE  
DYNASTAE IN RAVENSTEIN, CETERA

DOMINI SVI LONGE CLEMENTISSIMI

NEC NON

VIRTVTES HEROICAS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

IOANNIS ADOLPHI

DVCIS SAXONIAE, JVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE  
WESTPHALIAEQVE, LANDGRAVII THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE  
NEC NON VTRIVSQVE LVSATIAE, COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGICI  
COMITIS MARCAE, RAVENSBERGAE ET BARBIAE, DYNASTAE RAVEN-  
STEINII, MAGNI ORDINIS AQVILAE ALBAE SARMATICI, ET S. HENRICI  
MILITARIS EQVITIS, SACRAE CAESAREAE MAJESTATIS, VT ET S. R. I.  
VNIVERSAE TORMENTARIAE REI PRAEFECTI, POTENTISSIMI POLON.  
REGIS AC ELECTORIS SAXONICI ARCHISTRATAGI, LEGIONIS

PEDESTRI CHILIARCHI, RELIQA

DOMINI SVI GRATIOSISSIMI

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

EX INDVLTV AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI

D. XVI CALEND. NOVEMBR. MDCCXLI

IN AVDITORIO MAIORI

LAVREA PHILOSOPHICA ET POETICA SIMVL CONDECORATVS

CVM HVMILLIMA OMNIS FELICITATIS APPRECIATIONE

PVBLCICE DECANTAVIT

LONGE OMNIUM DEVOTISSIMVS SERVVS

M. JO. CHRISTOPHORVS QVOD VVLT DEVS SPEISER

POETA LAVREATVS CAESAREVS



VITEMBERGAE EX OFFICINA SCHLOMACHIANA









Illustris Rector, Musarum splendide Praeses,  
Immortale Decus Themidos, mi summe  
Patrone,\*

Conscripti Patres, meritorum luce micantes,  
Vos Maecenates, omni pietate colendi,  
Ac Auditores cujuslibet ordinis, atque  
Officii, quos conspicuo reveremur honore,  
Nec non tu patriae spes, tu studiosa juvenus,  
Artis Apollineae fociorum grata corona.



A 2

Sic

---

\* Est hic Rector Academiae Magnificus, DN. CHRISTOPHORVS  
LVDOVICVS CRELLIVS, Jctus, Sereniss. ac Potentiss. Reg.  
Polon. et Principis Elect. Sax. Consiliarius Aulæ, Digest. Prof. Publ.,  
Curiae Provinc. Scabin. et Ordin. Jurid. Assessor.






---



**S**ic sua concelebrat rursus solennia festa  
 Inclyta Musarum sedes, super aethera nota  
 Leucoris, insignis doctorum laude virorum,  
 Leucoris, a quovis canos celebranda per annos.  
 Sic nova Pierides depromunt gaudia Musae.  
 Namque dies agitur, quo praestans Ordo Sophorum,  
 Ac Vir Magnificus, spectandus honore Decanus,\*  
 Ille Palatini Comitum nunc munere pollens,  
 Constituit Sophiae Doctores, atque Poetas.  
 Hic cerno quosdam redolentes Palladis artem,  
 Quos Laurus cingit, quos pileus, annulus, ornat,  
 Quos proclamatos cognovimus esse Magistros.

Talia

---



\* Talis hoc tempore est DN. MARTINVS HASSEN, Moralium et Ciuilium Prof. Publ. Ordinar. et Comes Palatinus Imperiali aucto-  
 ritate constitutus.





Talia dum canto, dum mecum corde revolveo,  
Me quoque Phoebea redimitum fronte corona  
Conspicio. Quare jam jam mihi vellicat aures  
Officii pietas, ut publica carmina pangam,  
Carmina lauriferi quae sint monimenta Poëtae.  
Vnde sed incepti surgat mihi carminis ordo?  
Num mea Musa rudis, cui nondum flavus Apollo  
Pocula Castalio porrexit plena liquore,  
Heroum jam facta canat? num tristia bella  
Cantet? materiam vel quam meditetur avena?  
Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem,  
Pace tamen Vestra, praesenti tempore fas sit  
*Saxoniae laudes, praesertim splendida facta*  
*Weissenfelsensis, Querfurtensisque Ducatus*  
*Magnanimi Domini, magnique JOANNIS ADOLPHI,*






---

*Perquam clementis patriae, populique Parentis,  
Decantare levi conscripto carmine vena.*

**M**agnus Alexander, rex vinci nescius armis,  
 Nunquam permisit, quisquam ut depingeret ipsum,  
 Si non pictorum lumen, seu Cous Apelles,  
 Nunquam concessit, vultus ut duceret ejus  
 Aere laborato quisquam simulantia signa,  
 Si non Phidiaca celeberrimus arte Lysippus.  
 Eloquar an fileam? dum mecum pectore volvo,  
 Quod sim conatus, tam grandia pondera rerum  
 Tamque graves curas, tam difficilesque labores  
 Regnantis tractare, tamen cum viribus expers,  
 Nec verbis possem, neque tangere mente sagaci.  
 Hoc in solenni coetu cantare Virorum



Aufus,



---

Ausus, quos dudum docuit Tritonia Pallas,  
 Et fandi et multa praestantes reddidit arte,  
 Nondum perdulci saturatus Castalis unda,  
 Nondum facundae pollens dulcedine linguae.  
 Quodsi melliflui Demosthenis ora diserta  
 Coram magnanimo Graecorum rege Philippo  
 Obmutuere metu, nec porro plura locuta,  
 Quid mirum? mihi si grandis circumstitit horror,  
 Si perturbatam mentem mea verba relinquunt.  
 Hinc qui magnifice Musarum sceptrum gubernas,  
 Ac Vos, o Proceres, doctrinae laude corusci,  
 Vos, qui salvifici coelestia dogmata verbi  
 Spargitis in populum, Vos, o rutilantia juris  
 Sidera, Vos, Medicas facitis qui gnaviter artes,  
 Qui Sophiae celsas magnae properatis ad arces,  
Vos-





Vosque Viri juvenes virtutum castra sequuti,  
 Estis qui patriae flos, spes certissima terrae,  
 Vos rogo, ne grave sit, mihi jam praebere paratas  
 Paucula dicenti, tempus quae postulat, aures,  
 Ferte pedes, praebete manus, animate paventi  
 Conatus, animisque, precor, linguisque favete.

Si quando Princeps, populi quum flectit habenas,  
 Non ardore flagrans, curas sub pectore volvit,  
 Qua ratione queat regionem reddere faustam,  
 Si non jura colit, si legum vincula rumpit,  
 Si non observat bene relligionis honorem,  
 Heu quam deformis talis fit forma regendi!  
 Proh tristem rerum faciem lacrimisve dolendam!  
 Vultum depingat moestum prius ipse Timantes

Tan-



Tantalidis, natam sacra ponentis in ara,  
 Quam quod ego miseros possem describere planctus  
 Gentis, quam Princeps ignava mente gubernat.  
 Quid juvat Assyriis hortus de floribus halans,  
 Arboribusque frequens, et fertilis ubere frugum,  
 Firmatis septis vigili custode carente?  
 Quid polus Arctous rutilo sine sidere Phoebi?  
 Nautica quid pinus, per vastas Tethyos undas,  
 Exagitata Noto, si deficit anchora firma,  
 Si remi fracti, si carbasa turgida defunt?  
 Quid caput amissis nitidis sub fronte ministris?  
 Quid juvat accepto corpus sine munere vitae?  
 Id sane regio non praedita principe tali,  
 Qui studet optatam patriae proferre salutem,  
 Qui nec praefulget reliquis pietatis amore,

B

Non



---

Non legum vindex, non fervantissimus aequi.  
Trux Nero, tu quondam Busiride saevior illo,  
Haec tua pro patria constantis cura salutis?  
Hocce labore tuum patriae testatus amorem,  
Pectore perniciem patriae gaudere maligno?  
Hic cerno Romae Pario de marmore tecta,  
Templaque Mygdoniis pretiose structa columnis,  
Vulcani rabie saevis submersa favillis,  
Quae Nero, tu Phlegethon, jussisti tradere flammis.  
Non mihi si filicis stent circum pectora venae,  
Non si Caucaseis essem nutritus in antris,  
Hanc ficcis oculis possem memorare ruinam.  
Domitiane ferox, diro truculentior Euro,  
Saevior atque freto surgente cadentibus haedis,  
Durior et ferro, quod Noricus excoquit ignis,  
Hocce



Hocce tuum studium fuit aequi jura colendi?

Vt tu cultores Christi sine crimine vitae

Sisyphiis poenis libitinae miseris atrae.

O curae turpes! o principis horrida facta!

O execrandi, detestandique labores!

Ast tales reges vel singula saecula tulerunt,

Qui vel regnandi munus cessere ministris,

Vel nullam curam subierunt atque laborem

Pro statuum fausta, pro conditione quieta.

Talia dum canto, gemitus perfertur ad aures

Romani populi, feriens et sidera clamor:



O nos infaustos, miseros et terque quaterque,

Rex, heu, Tiberius jam nobis imperat atrox,

Qui gemma bibit, et Sarrano dormit in Ostro,

Qui nullam plane curam nullosque labores





---

Praestat, Sejano demandans sceptrā superbo.  
Wenceslae furens, alter feritate Lycaon,  
In gremio servae demittis membra quieti,  
Te sepiis tectis, regnique relinquis habenas,  
Quid morer exemplis? quorum me turba fatigat.  
Si pater expletus dapibus, vinoque sepultus,  
Ingentem carpit per languida membra soporem,  
Otia si ducit securae plena quietis,  
Ludendo fallens hoc irreparabile tempus;  
Attrahit ille domo lapsum diramque ruinam,  
Non aliter, quam si summis in montibus ornus,  
Fulminis adflatur ventis, ac finditur igne  
Coelesti, cadit illa, comas et adusta trementes  
Corruit, et magnam saxi trahit iecta ruinam,  
Sic fortuna cadit regionis florida, quando

Ipse



Ipse pater patriae regnandi munus amicis  
Committit, vel non curas gerit ipse salutis.

**V**erum quam faustae, tranquillae, quamque beatae  
*Saxonicae terrae* sunt omni jure vocandae?

Hae sese longe meliori Principe jactant.

Has *Salomon* sapiens sapienti mente gubernat,

Has et *Alexander* magnus virtute tuetur,

Has *Trajanus* amat, legum servator et aequi,

Has *Titus* placidus moderatur amore paterno,

Hic, qui pro patria curarum fluctuat aestu,

Quique labore studet regiones reddere faustas.

Scilicet **AVGVSTI**, Regis, quo largior alter



Haud datur, Augustam personam sentio sanctam.

Rex invicte, potens, patriae Pater Optime, salve!

B 3

Salve






---

Salve Delicium populi, Laus maxima terrae  
 Teutonicae, falve Decus immortale coronae  
 Sarmaticae, falve longaevae Gloria gentis  
 Saxonicae, falve nostrae Cynosura salutis,  
 TV vigilans gentis conservas integra jura,  
 TV contra quosvis populi defendis honorem,  
 TV que tegis terras felici pignore pacis,  
 Quo nihil est melius, nec quidquam dulcius orbi,  
 Praecipue cum TV jam spartam Caesaris ornes,  
 Ceu custos Themidos sapiens, quasi foedere certo  
 Et regere, et laxas nosti dare legis habenas.

Vos quoque felices, et ab omni parte beatos,  
*Weissenfelses, Quersfurtensesque Ducatus*  
 Laudibus extollo, pariter vos praedico faustos.

Dux



---

Dux vobis praeest, quo vix praestantior ullus,  
 Quique graves curas versat, magnosque labores  
 Pro patria subiit, subit, et quoque porro subibit.  
 Turpia magnanimo nec crimina principe digna  
 Qui detestatur, temnit, fugit, odit, abhorret,  
 Qui gladium fortis, qui scit bene sceptrum tenere,  
 Scilicet Herois, magnique JOANNIS ADOLPHI  
 Personam reputo, submissa mente colendam.  
 Maxime Dux belli, TV, CLEMENTISSIME PRINCEPS,  
 Dudum fama vagas Tua concomitata quadrigas  
 Auricomi Phoebi, terras spatiosa per amplas,  
 Nominat Eois, et magnum Nomen Iberis  
 Ingeminat, talis TV commemoratus in oris,  
 Qualis Orontaeais hortis rosa regnat Hyblaea,  
 In Libano qualis Cedrus, quae verberat astra



Ver-



Vertice, seu qualis tollens caput alta Cupressus.  
Quis Tua fando potens, *patriae Sol*, splendida facta,  
Quis famae laudes dicet? monumentaque rara  
Virtutum fluido fatis ecquis praedicet ore?  
Non Proavos, Atavosque Tuos hic firmate longo  
Pono, nec partum per saecula cana vigorem  
Agnati Decoris, propria quia luce coruscas.  
Est Tua vis mentis coelo contermina raro,  
Ipsa supergreditur naturae stamina nisu.  
Nam vix egresso cunis, placuere cruenta  
Praelia Mavortis, TIBI vix florentior aetas  
Induerat teneras prima lanugine malas,  
Dum TV magnanimus *Cattorum* castra frequentas,  
Quae TIBI struxerunt titulorum culmina summa.  
Ecce mari loquitur *Pomerania* proxima quaevis.

Hic







---

Hic ubi quum fremeret Mars horridus ore cruento,  
Atque quasi densa compleffent nube *Suëci*,  
Saxonicas equitum turmas, peditumque catervas  
Colligis, et properas faevis occurrere coeptis.  
Verum fama volans, subito vulgata per urbes,  
Hostibus invictum retulit TE ducere turmas,  
Illorum subito gelidus tremor occupat artus,  
Stant horrore comae, voces et faucibus haerent,  
Incerti, peterent ne fugam, veniamve subacti  
Pofcant? fed fugiunt versi terrore *Suëci*,  
Abjiciunt enfes, pedibus timor addidit alas.  
Urbs cunctas pandit TIBI *Gryphisvaldia* portas,  
Aft armis arcem circumdas nomine *Pena*,  
Moenibus infiftis, complex ac aggere fossas,  
Irrumpis muros, et cives sub juga mittis.

C

Postea







---

Postea Sauromatas, rumpentes foedera legum,  
Et contra Regem capientes arma feroces,  
Cogis ad obsequium justum, domitasque rebelles,  
Ac *Lithuanorum* duo bis tunc millia sternis,  
Corpora fundis humo, frangis prope moenia *Posnae*,  
Cum tamen haecce Tuas superarent agmine turmas.  
Hic animus praestans, haec, haec prudentia mira  
Laudes extremas subito diffudit in oras,  
Atque Tuum Nomen radiantibus intulit astris.  
Mox impletus erat moestis rumoribus orbis  
Christicolûm, nostras *Turcos* invadere terras,  
Exitium flammaque simul ferroque daturos  
Finibus *Hungaricis*, vicinae *Pannonis* orae.  
CAROLVS in primis, Romani firma Columna  
Imperii, properat vires inhibere furoris.

Arma-







---

Armatas igitur cogit toto orbe cohortes,  
Tot quoque magnanimo Caesar TIBI credere turmas  
Non timet, et saevi belli committere summam,  
Functus es ingenti cum plausu munere tali,  
Frigora dura pati, calidos Hyperionis aestus,  
Cedere nec nimbis, adscensu vincere montes,  
Saepius in clypeo vigiles perducere noctes  
Suevisti, mortis TV mille pericla subibas  
Fortis, consilii subito res robore cunctas  
Fulisti, praestans sapientis acumine mentis.  
Pectora nostra tenent, manet alta mente repositum,  
Quanta *Polonorum* fuerit sua gloria belli,  
Quantus dum *Gedani* labor armis moenia cinxit,  
Ac expugnato clarus stetit aggere victor,  
Sublimes tollens aquilas, ausisque potitus,








---

Muralem querna meruit de fronde coronam.  
 Quantum fidereos vincit Sol aureus ignes,  
 Quantum luce solet gemmas superare Smaragdus.  
 Tantum mente Duces forti supereminet omnes.  
 Non modo fama Tuum Nomen, CELSISSIME PRINCEPS,  
 TE, quia veste sago tectus, super aethera vexit,  
 Sed quoniam sapiens moderaris sceptrata togatus,  
 Guttore laudifluo celebrant TE vesper et ortus.  
 Saepius infensos patriis ab finibus hostes  
 Pulfasti, servans gratissima tempora pacis.  
 Scilicet ut late sua brachia porrigit arbor,  
 Atque comas densat graciles, et vertice nutat  
 Sublimi, rapidoque levans caput obvia Soli  
 Mortales pavidos viridanti velat amictu,  
 Terrigenisque comis umbra blanditur amoena,

Pro-







---

Protegit et volucres mulcentes aethera cantu,  
Terrifico quoties miscetur murmure coelum,  
Et tellus concussa tremit, coelumque remugit,  
Sic sub TE, veluti Palma, tutamine tuta  
Felices potuit gens subdita ducere menses,  
Cum terras alias Martis perterruit horror.  
Saxonicas nondum terras Astraea reliquit,  
Gaudet adesse locis, quae fervantissimus aequi  
Justitiaeque tenax, patriis virtutibus Heros,  
Sub ditione tenet, poenas et praemia sancit,  
Non duro commissa luunt sua crimina fontes  
Supplicio, paucos poena, formidine poenae  
Emendas plures, PRINCEPS ignoscere gaudens.  
*Tute* Solon leges fundans simul atque Lycurgus  
Es, qui non pateris, populum perfringere legem.

C 3

Hinc





Hinc curas leges, Cedro inculpantur ut istae  
 Frondenti, nunquam cariem tineasque timenti,  
 Deplorent aliae gentes squalentia templa,  
 (Non ignota cano) moesto fluit ore querela,  
 Quod jaceat pietas gravibus concussa ruinis,  
 Nec relevare fides possit caput, undique pressa.  
 Exulat in nostris regionibus ista querela,  
 Priscus honor sacris, jussu multoque labore  
 Insignis pietate Ducis, servatur ubique.  
 Omnibus aula patet, duris quos urget egestas  
 In fati propriisque jubet diffidere rebus.  
 TV miseris es dulce decus, columenque salutis,  
*Anchora, Praesidium, Lux, Fax, Cynosura, Pharusque,*  
 Quodsi, decurrens saxo velut amnis ab alto,  
 Immenso rueret suavis mihi voce Thalia,  
Quodsi





---

Quodsi Maeonii facundus carminis auctor,  
 Aut Maro grandiloquus me plectra movere doceret,  
 Non tamen ex merito verbis describere possem  
 Mirificas laudes simul et Tua splendida facta.

Quare, *Saxonicae terrae*, date júbila laeta,  
 Vos urbes, arces, vos pagi, plaudite, tecta,  
 Vos EQVITES, CLERI, CIVES, reliquique Coloni,  
 Exultate scholae, collegia, templa sacrata,  
 Atque Deum summum summa pietate rogate,  
 Vt fortunatos, salvos, semperque vigentes,  
 Hos praestare velit, quorum ditioe tenemur.  
 Praesertim vivat REX fervantissimus aequi,  
 Vivat per seros AVGVSTVS Nestoris annos,  
 Vivat perfelix REGINA MARIA JOSEPHA,  
 REGIA





REGIA TOTA DOMVS vivat, semperque virefcat,

Ceu viret in fummo Parnassi culmine Laurus.

Incolumis pariter DVX LEUCOPETRENSIS ADOLPHVS

Magnanimus vivat, fospes vigeatque perennis.

Vivat, et excipiat multos FRIDERICA nepotes.

Gargara quot fegetes, quot habet Methymna racemos,

Quot Titan radios coeli dispergit ab axe,

Tot bona concedat celsi moderator Olympi.

Vota volo paucis tantum comprêndere verbis:

Sit bonus et felix PRINCEPS, multos-

que per annos

Stet fortuna Domus, et Avi nume-

rentur Avorum.





M. Weißens Jubel. Derselbe ist mit vielen Lobkränzen versehen in der N. Bayer.  
Saalob. 11ten Band p. 192.

Selbst das Gedicht des Herrn Arnau auf den Goet Moritz ist versehen in  
goldsch. Zeitg. ad. a. 1751. n. 23. p. 214.

Die Uebersetzung des, aber eb. deselben n. 71. p. 645.

Der Uebersetzer ist H. Gottfried Lomany Strausfärberey Candidat. Juris.

Für dieses Gedicht sah auf H. Secret. dopp. übersezt, 2. u. 3. Graden  
Rautovsky Zederschreib. T. 1. Haupt. über den annehmlich. Goldsch. 1751. p. 213.

Die 2. u. 3. Graden Uebers. von Lomany sah der H. Subr. Anord. in Silber  
übersezt. F. N. Bayer. T. IX. p. 376.

Der fangfrem von Spielers Zwand und Bedächtig Red. ist versehen in dem  
Münster über den annehmlich. Goldsch. T. 1. Jan. monath 1751. p. 329. *segg.*

G. J. H. Lux C. 677

- 12. - *1805. E.*



